

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Quistorp

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theol. Facult. Senior, Ad Drn. Ernesti Sibrandes, Senatoris Prodentissimi funus, quod vidua moestissima parabit ... Omnes Academiae Cives diligenter invitat

Rostochii: Kilius, 1562 [i.e. 1642]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761903>

Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,
in
E. S i b r a n d .

Rostock, 1642.

21





47

PROGRAMMA
QVO
RECTOR
Vniversitatis Rostochiensis
JOHANNES QVISTOR-
PIUS, D. & Theol. Facult.
Senior,
AD
DN. ERNESTI
SIBRANDES,

Senatoris Prudentissimi funus, quod
vidua mœstissima parabit,

Ad hodiernam mediam primam in Templo
Mariano


Officiorum Academicae Cives diligenter invitati.



OS(O)S

ROSTOCHII,
Litteris NICOLAI KILII Acad. Typog.

ANNO clo 10 XLII.



Iserias & calamitates , quibus mortalem hanc vitam viventes obnoxij sumus , sacræ pariter ac profanæ literæ identidem ingeminant , & omnes vitæ humanae partes luce meridianâ clariùs ostendunt . Occupatio magna creata est omnibus , & jugum grave super filios Adami , à die exitus de ventre matris eorum , usque in diem sepulturæ in matrem omnium . Inquit Syracides . Euripides , vitam hominum non vitam , sed calamitatem nominabat . Etenim , si quis omnium vitæ suæ partium rationem ineat , & mente accuratiùs perpendat , quæ à momento primi sui in vitam ingressus , usque ad horam vitæ suæ ultimam , expertus est , & optio ipsi detur , ut de nuò vivendo , elapsos annos & quæ secum tulerunt , repetat ; non censeo inventum iri , qui non

non malit ex hâc vitâ exire, quâm præteritos
annos, eorundem casus, & quæ prætereà se-
cum tulerunt, iterare. Eò autem hominum
calamitates majores sunt, quò plerique in illis
æstimandis sunt stupidiores. Ægrotis illis si-
miles sumus, qui periculose quamvis labo-
rant, dolorem tamen non solum non sen-
tiunt, sed & morti se vicinos, rectè valere cen-
sent. Absque stupore hoc esset, nihil optare-
mus magis, quâm corporis sarcinam depo-
nere, & Christo conjungi. Mercenarij labo-
ribus diei defatigati anxiè vesperam, quâ ipsis
à laboribus immunibus esse licet, & ad quie-
tem se componunt, exspectant. Nautæ varijs
pelagi procellis jactati, nihil magis optant,
quâm portū ingredi, ubi in tuto collocantur.
Nos variæ vitæ molestiæ fatigant: nos fluctus
decumanis majores in hujus mortalitatis pe-
lago lactant, & tutam stationem ostensam
horremus. O stuporem! ô cœcitatem deplo-
randam! Si firmiter statueremus, piâ ex hac
vitâ emigratione quietem nos consequi, & in
portū deferri, votis omnibus illam exoptare-
mus, & cum Apostolo, dissolvi & cum Christo
esse, anxiè optaremus. Hæc juxta cum Pau-

Io mens fuit Dn. ERNESTO SIBRANDO,
Senatori hujus Urbis prudentissimo. Hic vitæ
vesperam sibi imminere animadvertisens, nihil
optavit magis, quam miserijs suis defungi, &
ad meliorem vitam transferri. Aerumnosam
ille hanc vitam ingressus est, Anno millesi-
mo, quingentesimo, septuagesimo octavo,
Januarij die decimo quarto. Proinde annos
sexaginta quatuor & menses duos, dies tres,
ceu mercenarius in illâ sudavit & alsit: Et ceu
nauta, mare hoc sulcavit. Pausa nunc ipsi
laborum facta est; nunc in portu navigat. La-
boriosam hanc vitam, mare hoc tempestuo-
sum ille anno, quem dixi, hic Rostochij in-
gressus est. Natus patre HENRICO SJ.
BRAND / cive primario, Matre DOR-
OTHEA SVCHETNGS / foeminâ
honestissimâ & pientissima, quæ ex nobili
Wencksterniorum familiâ genus duxit.
Avum paternum habuit JOHANNEM
SJBRAND / civem hujus Urbis, dum
viveret, inter primos. Maternus ipsi avus fuit
Vir Amplissimus JOHANNES SVCH-
ETNG / qui Hamburgi natus, hic apud nos
sedem sibi fixerat. Parentes, ut filius hic
suus

suus recte educaretur , & ad virtutem à ju-
ventute duceretur , nihil in se desiderari passi
sunt . Non enim solūm apud nos Rostochij,
privatis & publicis præceptoribus informan-
dum tradiderunt , sed & qvum eā aetate &
eruditione esset , ut cum fructu in exteris lo-
cīs , ea quæ hīc cōperat , continuare posse vi-
deretur , nullis parcentes sumptibus , eum in
Belgium , ubi biennium substitit , in Angliam
deinde , pōst in Galliam miserunt . Nec ille
solūm , quod multis solenne est , in exteris lo-
cīs versans , oppida , pagos , Templa , curias re-
censere didicit , sed ejus , cuius gratiā missus
erat , memor , & doctior & melior ad nos rediit .
Patriæ redditus , matri viduæ & convixit , &
ceu filium decet , in ferendis rei Oeconomicæ
difficultatibus non leviter juvit . Quod dum
agit , summo ita disponente numine , ijsq; quo-
rum interest , suadentibus & approbantibus ,
Anno 1607. 19. Januarij vitæ sibi sociam elegit
A N N A M H A V E M U N N S / fæminam
honoratissimam , quam obitu suo prior mari-
tus **A R E N T B E R N E S** / Civis specta-
tissimus viduam fecerat . Fuit inter hos ma-
trimonio copulatos , annos triginta quinque

P 3

& con-

& concors & tranquillum conjugium. Et quod Titus Pomponius Atticus apud Cornelium Nepotem, de se olim gloriatus est, numquam cum conjuge in gratiam se rediisse, quia scilicet nunquam inter eos Offensæ quidquam intercesserat: Idem hi maritati de se prædicare potuerunt, quibus idem fuit velle, idem nolle. Romæ olim vir & uxor dissidentes in Templum Deæ *Viriplacæ* concedere, & ibidem æquis animis in gratiam redire solebant. Non id in hoc conjugio, in quo animi conviventium amicè conspirârunt, necesse fuit. Nec solùm jucundum, sed & fœcundum habuerunt conjugium. Aucti enim sunt filiabus duabus uno partu in lucem editis, filijs tribus: ex quibus unus JOHANNES, juxta cum filiabus statim in tenellâ ætate ad plures & meliores abière. Supervivabant duo, HENRICUS, primo, ERNESTUS, secundo-genitus. Illum feliciter ad eruditionem & honores succrescentem, & jam Utriusq; Juris Doctoris titulo insignem viderat Pater, Eumq; & sibi, & generi porrò ornamento futurum sperabat. At spem hanc ante triennium inopina & non expecta-

spectata mors incidit. Supereft ex hoc nume-
ro liberorum Unus, Dn. ERNESTUS, pa-
tri homonymus, Civis apud nos honoratus,
qui juxta cum matre viduâ patris obitum
acerbè luget. Emortuus nōstet Dominus
ERNESTUS GÖRANDE / quum
& naturæ dotibus & ingenio polleret, atq; usu
& experientiâ illud acuisset, Amplissimo apud
nos Ordini Senatorio dignus visus fuit, qui
clavo Reipublicæ adhiberetur; eundemq;
Anno 1638. die Matthei Apostolo sacro, in-
ter Senatores hujus urbis esse voluit. Ipse
Senator factus illud quoq; Homericum sibi
dictum esse putavit:

Ἐχεὶ παννύχιον ἔνδειν βεληφόρον ἄνδεια.

Strenue sui sategit officij, & sine περσιστηληψίᾳ,
quæ nonnullorum quandoq; animos offen-
dit, id, quod suum erat, egit. Cum diligentia
in commisso officio, adjunctus erat Verbi di-
vini audiendi ardor. Rarò, non solùm in or-
dinarijs concionum, sed & in precum horis
desiderabatur, quin & dum ex Templo finitis
sacris secundâ Natalitiorum Christi feriâ do-
mum revertitur, inbecillitatem quandam.
Corporis sentire cœpit, quæ indies augmen-
tum sumens ipsum in lectum conjecit, nec

con-

conjecit solum, sed & eidem affixit, & summis
doloribus mactavit. Superavit ille hos pati-
entiâ & constantia Christianâ, donec post
undecim septimanarum decursum, mente
sibi recte constante, indubitata in Christo fi-
duciâ, placita morte ab his, quæ hæc vita
¶ Bi. 4. 4. 4. 4. 4. 4. 4. 4. 4. non vita sed calamitas, secum
fert, liber, ad vitam meliorem 17. hujus men-
sis die circa 8. Vespertinam transiit. Dormi-
torio hodie ad medium primam inferentur
Corporis exuviae, ut illas Academiæ Cives eo-
dem deducendas frequentes comitemini,
hoc est, quod rogo & hortor. P. P. Ro-
stochij, 22. Martij Anno 1642.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774761903/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761903/phys_0013)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774761903/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761903/phys_0015)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn774761903/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774761903/phys_0016)



Specata mors incidit. Supereo
liberorum Unus, Dn. ER
tri homonymus, Civis apud
qui juxta cum matre viduâ
acerbè luget. Emortuus no
ERNESTUS **SJBXRAY**
& naturæ dotibus & ingenio pe
& experientiâ illud acuisset, An
nos Ordini Senatorio dignus
clavo Reipublicæ adhiberet
Anno 1638. die Matthei Apo
ster Senatores hujus urbis esse
Senator factus illud quoq; H
dictum esse putavit:

Σχετικῶν παννύχιον ἔνδειν βεληφόρον
Strenuè sui sategit officij, & si
quæ nonnullorum quandoq;
dit, id, quod suum erat, egit. C
in commissso officio, adjunctu
vini audiendi ardor. Rarò, ne
dinarijs concionum, sed & in
desiderabatur, quin & dum ex
sacris secundâ Natalitiorum C
num revertitur, inbecillitate
Corporis sentire cœpit, quæ in
tum sumens ipsum in lectum

the scale towards document

93 L

Serial No.

Image Engineering San Reference Chart TE63

